



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Titvlvs XXXVI. De transactionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

# T I T U L U S XXXVI.

## DE TRANSACTIONIBUS.

## §. I.

*Quid, & quotuplex sit transactio?*

**T**ransactio, latè accepta dici potest cuiuslibet negotii compositio; juxta quam acceptancem etiam res judicata, iurandum, & quodlibet pactum, quo lites aliquæ componuntur, transactio dici potest. Propriè tamen, si de transactione loqui velimus, prout hic de ea sermo est, rectè dicitur, ea esse de re dubia & controversa, ut distinguatur à pacto, quod est de re certa) sive de lite incerta & nequam finita (sive sit conclusum jam in causa, sive non, modò sententia definitiva nequam lata sit, & tempus appellationis jam lapsum sit) non gratuita pactio (ut distinguatur scilicet ab amicabili compositione, qua sit omnino gratis) cum enim in translatione accipiatur aliquid, aut retineatur aliquid pro eo, quod alteri transigenti ceditur, consequenter rectè dicitur, non gratuita esse pactio, & quia qui certus est de re aliqua aut jure aliquo sibi non competenti, nihil accipere, aut retinere bonâ conscientiâ potest, ut cedat rem illam, aut jus illud alteri, consequenter de re dubia, aut lite nondum finita, qua in rem judicatam abiecit, debet esse transactio. Est autem transactio alia realis, qua ad successores rei super qua transactum est, transit; alia personalis, qua durat, quamdiu transfigens vivit. c. Decatero 5. b. t.

## §. II.

*De illis, qui transigere possunt, vel non possunt, & specialem an, & quatenus Prelati, vel Rectores Ecclesiæ transigere possint de rebus seu juribus Ecclesiasticis?*

**Q**uid omnes transigere possint, qui liberam suarum rerum rerum administrationē habent, & quodd circa res illas, quas aliqui alienare nō possunt, nec transigere possint, generaliter & universim loquendo, certū est, cùm enim per transactionem ordinariè deveniatur ad alienationem, consequenter qui alienare non possunt, transigere non possunt, ne quod unā viā directè prohibetur, aliā viā indirectè concedatur contra reg. juris 84. in 6. Et hinc, præter alia ex jure Civili petenda, optimè infertur, Prælatos Ecclesiæ, quamvis liberam habeant rerū Ecclesiæ suæ administrationem, & solus in iudicio pro causis suis Ecclesiæ (saltem non valde gravibus) agere, & conveniri possit, circa res tamen immobiles & mobiles pretiosas suæ Ecclesiæ transigere non posse sine consensu sui Capituli, & alii solemnitatibus ad alienandum requisitis, prout sumitur ex c. Contingit 3. et c. Statuimus 2. c. Veniens 8. b. t. Nisi ita de rebus talibus transfigat, ut ea Ecclesiæ non amittat, sed pro data pecunia aliqua litis terminanda causâ, retineat ea, vel recuperet, & pacifice penes Ecclesiæ ea permaneant, ut docet Glosa communiter recepta in L. Nulli 13. V. transigere

Bd 3 ff b. t.

*f. b. t.* vel nisi præter mandatum procuratorum liberum à Capitulo, sive Conventu, literas etiam sive clausulam habeat de ratificatione, sive quod Conventus sua Capitulum omnia rata habere velit, quæ Prælatus in causa aliqua ipsi commissa egerit, juxta relatum c. *Contin-*

*git.* vel nisi casus necessitatis aliud exigat,

ad gravia v. g. scandalis devitanda, &c., aut

transactionem de juribus sibi compen-

titibus Parochus v. g. fecerit ad dies tan-

tum vitæ. c. *De cetero* s. b. t. vel benefi-

catus v. g. liti sibi motæ cederet, ut jus

suum beneficiale, ad quod institutus le-

gitime videtur, retineat, argu. c. *Admo-*

*nent* 4. *de renunt.* solvendo etiam inpositum

beneficiatio legitima auctoritate

censum, in proprium præjudicium cum

legitimis Superioris auctoritate, admitten-

do quod ad dies vitæ v. g. suæ ita ut talis

transactio sit merè personalis,

### §. III.

*An, & quâ ratione liceat trans-*

*gere de rebus spiritualibus, vel iis, qua-*

*spiritualibus annexa sunt?*

**T**ransactio, ut pro beneficio Eccle-  
siastico, aut re spirituali tempore  
quid detur, remittatur, aut promittatur,  
vel etiam spirituale aliquid, cui an-  
nexum est quid temporale, non valet,  
quia speciem Simoniacæ habet, ut dictum,  
& ex c. ult. dererum permutatione, ac c.  
*Super eo* q. b. t. patet. Ubi sola amicabilis  
& procul gratuita compositio (cæteris  
paribus) incausis his beneficialibus  
admittitur. Quod si tamen pro re aut ju-  
re pure spirituali alia res aut jus purè spi-  
rituale detur, non est simoniacæ talis  
transactio, sed speciem potius permutationis  
licite habet, & ideo hæc transactio

fieri potest argu. c. *Ad quæstiones* b. & t.  
final, juxta Gloss. V. temporalia derent  
permot. quamvis ex speciali ratione  
qua, licentia nonnunquam Prælati & alii  
solemnitates intervenire debeant, qui  
alienationem bonorum Ecclesiasticorum  
continet.

*Ex c. Præterea* 9. b. t. insuper constat  
quod super jure patronatus, aut præten-  
tandi ad beneficia, pro re temporali tran-  
sigi non possit, cum jus patronatus spi-  
rituale quid sit, ut tradit *Glossa finalis*  
*hic*, vel certè spirituale antecedenter an-  
nexum c. *Quanto* 3. junctâ *Glossa* V. un-  
nexa. de judicis. & ex c. *Præterea* 10. b.  
super spirituale subjectione pro re tempo-  
rali aliqua transfigi non potest, ob pericu-  
lum & speciem Simoniacæ & ex c. *Ex pâli*  
11. b. t. super matrimonio nec transfigio  
nec amicabilis compositio fieri potest, si  
contra vinculum matrimonii per talern  
transactionem aut compositionem fieri  
aliquid, ad illud dissolvendum, ut adver-  
tit *Glossa* hic V. *Sacramentum*, cum in  
nostra potestate non sit dissolutio matru-  
monii ex jure Divino insolubilis.

### §. IV.

*De quibus præterea rebus, senatu-*

*si licitum sit transfigere, vel non?*

**D**E publico crimine capitali (ob quod  
sicil. pœna sanguinis irrogatur) quod  
liceat transfigere ex 1. transfigere 18. junctâ  
*Glossa* V. *Capital. Cod. b. t.* patet. Quia  
licet cuivis sanguinem suum quovis modo  
redimere; neque pro confessio reus tran-  
figens habeti debet, quia meritò censer-  
potest, non tam ob conscientiam criminis  
quam ad periculosa accusationem de-  
cla-

## §. V.

## De forma Transactionis ejusque extensio[n]e &amp; rescissione.

climandam transfigisse. De aliis tamen publicis aut etiam privatis criminibus, que pœnam sanguinis non irrogant, si criminaliter ad vindictam agatur, nec permittitur de jure communi transactionis, ut ex cit. l. patet, nec amicabilis compositionis, ut ne crimina maneant impunita contra bonum commune; & plerumque reus taliter transfigens, cum cesseret omne capitii & sanguinis periculum, pro confessio habetur, nisi probare possit ad redimendam præcisè vexam, se transfigisse, aut transfigisse de crimine falsi, quo in calu ex relat. Lege licita est transactionis, ob gravissimam infamiam, quam secum trahit hoc crimen, qua merito pœna sanguinis æquiparatur. Si vero de tali crimen civili tantum agatur, ad pœnam parti laſſe applicandam, valida & licita est transactionis, sicuti & gratuita & amicabilis compositionis, cum iuri suo partes præjudicare, ac cedere possint. Quod si vero sint causa meritis civiles, ex jure Civili pater. Primo quod de iis, que in Testamento vel Codicillo relieta sunt, sine judice transfigi non possit, nisi inspectis & cognitis verbis Testamenti, prout habetur in L. 1. §. Ratio. ff. de Testam. quemadmodum aperiantur. l. de his 6. & l. non est 12. ff. b. t. Secundo quod nec de alimentis in ultima voluntate reliatis, que in futurum debentur, sine judicis auctoritate, & cause cognitione transfigere licet (ne Testatoris voluntas facile negligatur) nisi per talen transactionem conditio alendi fiat melior; de alimentis vero præteritis licitum esse transfigere, etiam sine Judicis auctoritate & cause cognitione ex L. Alimentis 8. Cod. b. t. patet, cum in hoc calu nihil urgeat allata ratio.

**F**ormam transactionis in foro Civili valida accipit ex jure Civili, secundum quod alia transactionis fit simplici accepti latrone; alia fit præcedente aquiliana stipulatione. Illa est, quam non præcedit alia stipulatio, et si petas à Creditor, cui debebas centum, an contentus esse velit, si. s. o. lolvas, & ille respondeat, contentum se futurum. Altera est, que fit per varias interrogaciones, de quibus jura Civilia, cum spectato jure Naturæ & Canonico nulla certa verborum forma ad transactionem validam requiratur, sed possit illa fieri vel pure & ab solutè, vel conditionatè, vel in, vel extra judicium, vel verbis tantum, vel etiam interveniente scripturâ, vel pœna appositâ, vel cum Clauſulâ Rato manente pacto &c., vel cum, vel sine juramento &c. Expendenda tamen non est transactionis facta super re certa aliqua & determinata, ad res alias quam expressas, nisi sint accessoriarum & connexarum, quamvis si indefinita & generalis fit facta transactionis super tota hereditate v. g. super omnibus iuribus Episcopalis, ad omnia particularia sub tali genere contenta, extendi possit, etiam si in specie non sint cognita, nisi proprietas verborum aut tractatus præcedens aliud exigat. Rescindi autem potest transactionis ex variis causis. Primo si interposito mente incusso, qui cadit in vitum constantem, facta sit. Secundo si dolo extorta sit. Terziò si intervenire error substantialis. Quartò mutuo consensu partium. Quinto per errorem Calculi &c.

## §. VI.

## §. VI.

## De Effectu Transactionis.

**P**rinicipalis eff. actus transactionis est, quod per illam llibus moris & monendis finis imponatur, vel ne orientur, impeditus (b. bonum scil. pacis, cui studere Republicæ, & bono communis plurimum prodest). ita ut semel bona fide initia transactio, & legitimè celebrata, invitâ alterâ parte transientium, refundi non possit, et si nova instrumenta faventia contra talēm transactionem reperta essent, prout summitur ex c. i. b. t. neque ulli parti pœnitere concessuntur, etiam si contractus hic transactionis nondum explicitus sit.

Secundus effectus est, quod quamvis actionem civilem non pariat, si nudo pacto celebrata sit, neque rei tradizione vel stipulatione &c. firmata sit, cum ei nudo pacto de jure Civili non debet actio, parit tamē exceptionem litis finis, quaerant ante vel post litis contestationem opponi potest, ita ut qui fuit in causa Principali unus partis litigantis advocatus, hæc postmodum per transactionem patrum finiatur, testis esse possit hujus transactionis, prout summitur ex e. Ex litera 6. b. t. neque impugnare possit eam quam irritam, qui Suafor Auctor, aut Mediator hujus transactionis fuit, qui propriam suam turpitudinem talis allegaret.

## TITVLVS XXXVII.

## DE POSTULANDO,

## §. I.

*Quid sit Postulare, seu Advocare, quomodo Advocatus a Procuratore differat, & à quo constituantur Advocati?*

**P**ostulare latè loquendo aliud non est, quam suum vel alterius desiderium in judicio exponere apud eum, qui jurisdictioni praest; propriè tamen & strictius loquendo postulare dicitur, qui in judicio partis praesentis advocatum agit, & hinc

qui consilium quidem dat in causa aliqua, sive scripto hoc faciat sive verbo, aut partes inducit ad contractum, transactionem &c. faciendam, in judicio tamen partiti non assistit praesens ipse, propriè postulare non dicitur, cum postulare hic sit idem quod advocate, advocate autem non dicitur, qui in judicio non assistit, unde qui ex lege, statuto, aut pacto prohibentur advocate, consilium tamen scripto, vel verbo gratis, vel pro mercede &c. extra judicialiter dare non prohibetur. Et quamvis Advocatorum & Procuratorum nomina